



Disputatio medica inauguralis de dysenteria

<https://hdl.handle.net/1874/345234>

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE

32.

DYSENTERIA,

QUAM,

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiae Doctoris, & Liguæ Sanctæ in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicorum Consensu, & Nobilissima

Facultatis MEDICÆ Decreto,

PROGRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus, Prærogativis &
Privilegiis, ritè & legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

ANTONIUS à LEEUWEN, Roterod-Batav.

Ad diem IV. OCTOBris, horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiarum
Typographi, cl̄ loc xci.

*Præstantissimo, ingenuo, & probitate conspicuo
V I R O,*

**D. A N T O N I O à
LEEUWENHOECK,**

admirandorum Naturæ, per exquisitissima mi-
croscopia, perscrutatori indefesso, Regiæ societati
in Anglia conscripto membro, Avunculo in æter-
num venerando,

N E C N O N

Reverendo, Doctissimoque V I R O,

D. JOHANNI TEXELIO,

L. A. M. Phil. Doct. Gr. Ling. & Eloquentiæ in
Illustri Scholâ Rotterodamensi Professori, ibidem-
que Verbi Divini Ministro Fidelissimo, Scholæ
Erasmianæ Curatori vigilantissimo, summâ cum
reverentiâ honorando,

Hanc Medicam Dissertationem

Offert & inscribit

ANTONIUS à LEEUWEN

Auctor.



DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
DYSENTERIA.

THESIS I.



X tot diversis, quibus humanum genus affligitur, affectibus, mihi pro gradu Doctoratus disputatuto, Dysenteriam præ cæteris omnibus eligere potissimum arrisit: quam idcirco pro ingenii mei modulo exponere animo constitui.

I I.

Est igitur *Dysenteria*, quæ & intestinorum difficultas dicitur, frequens & cruenta alvi dejectio, cum ventris dolore ac torminibus, ab humoribus acribus originem trahens. At *Dysenteria* nomen

A 2 apud

DISPUTATIO MEDICA

apud nonnullos plerumque sumitur pro omni cruentâ alvi dejectione : stricte tamen & proprie eam tantum alvi fluxus sanguinolenti speciem significat , quæ ab ulcere intestinorum oritur.

I I I.

Partes affectæ in Dysenteriâ sunt intestina , aliquando tenuia , aliquando crassa , aliquando utraque simul , excepto uno recto , quo similiter affecto est *Tenesmus* ; perpetuus nimirum desidendi ac dejiciendi conatus , qui nihil aliud est , quam Dysenteria in intestino recto.

I V.

Quod attinet ad species Dysenteriæ ; quatuor cruentæ dejectionis species propono , quibus etiam Dysenteriæ nomen communiter tribuitur.

Prima est , quando propter aliquam corporis partem præcisam , aut intermissam aliquam exercitatem , aut sanguinis evacuationem per alias partes , puta nares vel uterus , suppressam , sanguinis copia luxurians per vasa mesaraica ad intestina detruditur , & per alvum evacuatur.

Secunda est , quando propter Jecoris imbecillitatem sanguis aquosus , & loturæ carnium similis excernitur.

Tertia est , quando sanguis melancholicus , & splendens ejicitur , qui propter nimiam moram in Hepate aut Liene ustionem concipit , & cum humore melancholico permixtus est.

Quar-

INAUGURALIS.

5

Quarta est, ubi brevibus quibusdam intervallis ægrum humoribus & excrementis sanguinem rejiciunt, cui interdum puris aliquid admixtum est, idque cum dolore & torminibus, quibus intestinorum ulcus arguitur, & hæc est proprie dicta *Dysenteria*, de quâ tantum agemus.

V.

Causæ hujus affectus internæ, sunt humores acres & mordaces, sale fixo ac lixivioso constantes, sive e ventriculo aut intestinis, e bile, succo pancreatico, aut chylo corruptis, collecti, aut aliunde ad ea delati sunt, qui ad intestinorum plicas depulsi, eorum tenella vascula disrumpunt ac erodunt, e qua corrosione in principio hujus morbi sanguis effluit: sed non omnis sanguis foras excernitur, verum pars aliqua intra tunicas intestinorum manens, ibidemque stagnans & putrescens, ulcus producit; quod ab excrementis intestinorum præterlabentibus continuo irritatur: è quo ulcere ita producta materia purulenta, ac mucosa simul cum sanguine, ad nutritionem intestinorum delato, ab ægris exernitur cum gravissimis torminibus.

VI.

Causæ externæ Dysenteriæ sunt, quæcumque humores acres & vitiosos generare possunt, vel jam genitis pravam illam dispositionem, Dysenteriæ excitandæ idoneam, inducere.

Inter illas primum locum tenent cibi acriores, vel

A 3

pu-

6 DISPUTATIO MEDICA

putredini valde obnoxii, ut fructus horarii, & alii omnes, qui non satis maturi dovorantur.

Idem præstant aquæ valde crude, nec non venena, ut auripigmentum, arsenicum, mercurius sublimatus, colocynthis, incaute videlicet usurpata.

Item prava aëris dispositio ad Dysenteriam efficiendam quam maxime efficax est. Sic Hipp. dicit Aph. II. sect. 3. si hyems plus justo frigidior & siccior extiterit, ver autem pluviosum & austrinum, æstate futuras esse Dysenterias. & aph. 12. ejusdem sectionis, si hyems admodum austrina fuerit & pluviosa, ver autem siccum & aquilonium, Dysenteriae producendæ tempestates illas esse maxime idoneas. Peculiare namque aëris vitium, Dysenteriae generandæ idoneum, reperitur in epidemicâ Dysenteriâ, quæ aliquando pestilens est, ac valde perniciosa, aliquando vero minus infert periculum. Ad hanc etiam classem revocandum est contagium, quod ab ægrotantium excrementis exhalat, & suam sæpe labem adstantibus communicat: imo vero, si talia excrements in latrinas effundantur, multos ejusdem familiæ inficere solent.

V I I.

Quæritur etiam inter auctores, quidnam sit illud mucosum, quod in magnâ copiâ plerumque in Dysenteriâ excernitur, sanguini, aliisque humoribus permixtum. Quidam putant esse pinguedinem intestinorum abrasam; alii mucum, quo intestina oblinuntur ad faciliorem transitum excrementorum: alii pituitam à cerebro aliisque partibus defluentem; alii pus ex visceribus

ribus manans. Nos vero statuimus hanc mucosam substantiam nihil aliud esse, quam intestinorum excrementum præternaturale. Quia intestina labefactata & a naturali constitutione suâ dejecta, proprium alimentum rite convertere nequeunt in suam substantiam, sed illud imperfecte assimilando in mucosam illam substantiam commutant, quæ cum nutritioni illorum inepta sit, foras expellitur.

V I I.

Quod attinet ad signa Dysenteriæ diagnostica; illa in principio proposita sunt, Ex. G. quando adest frequens & cruenta dejectio, cum dolore & torminibus ventris. His accedunt plerumque febris, vigiliæ, sifit, fastidium cibi, & alia multis morbis communia. Sed quia ex differentiis non constat, quænam intestina sint affecta: hoc tamen à multis Auctoribus creditur, nempe si intestina tenuia sint affecta, dolor erit acutissimus, quia magis membranosa sunt, nec statim post dolorem excrementsa deponuntur, & deposita jam magis cum sanguine pureve sunt permixta, quam quidem evenit, ubi crassa solummodo sint affecta intestina; nam tum dolor obtusior, statimque post dolorem excrementsa excernuntur, nec ita cum sanguine pureve permixta erunt. Si vero utraque intestina sint affecta, primo dolor acutissimus, deinde obtusior erit; excrementsa cum sanguine pureve erunt permixta, & simul excrementsis cror & materia purulenta supernatabit.

I X.

8 DISPUTATIO MEDICA

I X.

Prognosis hujus affectus in hunc modum instituenda est. Si tenuia intestina exulcerentur, majus est periculum; quia hepatici viciniora bilem synceriorem recipiunt. Dysenteria ab atrâ bile, aut cibis acribus proveniens, facilius curatur.

X.

In Curatione primo corpus expurgandum est, idcirco convenienter pulveres ex Rhabarbaro, &c. V. Gr.

R. Rhabarbari el. 3ij.

Ocul. cancr. crud. gr. xv.

M. F. Pulvis.

Vel prescribatur hic Haustus.

R. Rhabar. el. 3iiß.

Infund. calide per noctem

in s. q. aq. Hordei. mane

facta expressione add.

Syr. Cichorei cum rbaeo 3vj.

Aq. Cinamomi 3iiß.

M. F. Haustus.

Si Febris adsit, & vires constent, vena secunda est.

Si intestina crassa maxime laborant, valde convenienter Clysteres lenientes & anodyn. V. Gr.

*R. Sum. Hyperici Miß.
Coq. in s. q. Lactis d. ad 3vij. col. add.*

Theriaces andr. 3vij.

Ol. Hyperici. 3vij.

M. F. Clyster.

*Postea deveniendum ad Astringentia: convenit itaque
tale conditum, de quo patiens subinde sumat parti-
culam magnitudinis nucismoschatæ.*

Conducit dardæ talis aboxæ, ob duo basæ tunc pini-

R. Conf. Rosar. rubrar.

Mivæ Cydoniorum an. 3j.

Diascord. Fracast.

Rob Acaciae an. 3vij.

C. C. ppt. 3ij.

Masticis,

Sang. Dracon. an. 3f.

Syr. Papav. alb. q. f.

M. F. Conditum.

Conducit etiam talis Mixtura cochleatim utenda.

R. Ag. Plantag. 3vij.

Cinamomi 3vj.

Acet. Stillat. 3iv.

Diascord. Frac. 3iB.

Coral. rub. ppt. 3j.

Sang. Dracon. Gr. xv.

Syr. Myrtini 3vj.

M. F. Mixtura.

Vel præscribatur hic pulvis.

10 DISPUTATIO MEDICA

R. Rad. tormentill. 3vj.

Nuc. Mosch. Mastich. el. an. 3ij.

Spec. Diatragacan. fr. 3ij.

Coral. rubr. ppt. 3j.

F. Pulvis subtilis, & sumat æger sapient in die quantum acumen cultri capere potest cum juscule vervecino.

Conducit quoque tale apozema, de quo patiens subinde bibat Cyathum.

R. Rad. Consolid. maj.

Tomentilla an. 3j.

Herb. Alchymilla, plantag.

Sum. Hyperici an. m.j.

Rasur. C. C. 3ij.

Passular. cum arillis 3ij.

Cog. in. s. q. aq. ferratae ad 3xxv. col.
detur usui.

In summo dolore convenient Opiata prudenter exhibita. In victu, absente febre, convenit lac dulce coctum, & ex eo confecta pulicula cum oryzâ; cibi conendi cum cydoneis, granatis, morellois, &c. astringentibus; Potus sit paucus, siue amygdalatum, siue talis Emulsio.

R. Hord. M. ad mollit. coet.

Amygdal. d. exhort.

Sem. melon. cucumer. an. 3ij.

Con-

INAUGURALIS.

II

*Contund. & emulg. cum. aq. Hord. 3xvj.
exp. add.*

Syr. papav. errat. 3ʒ.

Somnus sit longus, & corporis animique quies.

COROLLARIA.

I.

Febris est perturbata sanguinis mixtura, cum pulsu prater naturam frequentiore.

II.

Fætus in utero nutritur & per os, & per vasa Umbilicalia.

III.

Conceptio fit in ovario.

IV.

Offa non sentiunt.

V. Offa

V.

Ossa nutriuntur sanguine.

V I.

Non datur Plethora.

C O R O I A R I A

*In curatione Iliacæ Passionis copiosus
absque periculo non exhibetur Mer-
curius.*



V I.

A. V.